Zamień z oratio recta na oratio obliqua, uzależniając od:

1. *Cicero dicit*: Ac primum quaero, cur me a ceteris clarissimis viris ac principibus civitatis in hoc officio atque in defensionis iure secernas.

2. *Cicero quaesivit*: Quis nostrum adfuit Vargunteio? Nemo, ne hic quidem Q. Hortensius, praesertim qui illum solus antea de ambitu defendisset. Non enim iam se ullo officio cum illo coniunctum arbitrabatur, cum ille tanto scelere commisso omnium officiorum societatem diremisset.

3. *Cicero quaerit*: Quis ergo intererat vestris consiliis? Omnes intererant hi, quos vides huic adesse et in primis Q. Hortensius.

4. *Cicero fatetur*: ex eo municipio unde iterum iam salus huic urbi imperioque missa est. Sed scire ex te pervelim quam ob rem qui ex municipiis veniant peregrini tibi esse videantur.

5. *Itaque dico*: Locus in orbe terrarum est nullus, quo in loco populi Romani nomen sit, quin eodem perscriptum hoc indicium pervenerit.

6. *Cicero ait:* Cum honos agebatur familiae vestrae amplissimus, hoc est consulatus parentis tui, sapientissimus vir familiarissimis suis non suscensuit, pater tuus, cum Sullam et defenderent et laudarent?

7. *Cicero rogat:* Hoc tempore, cum arderet acerrime coniuratio, cum Catilina egrederetur ad exercitum, Lentulus in urbe relinqueretur, Cassius incendiis, Cethegus caedi praeponeretur, Autronio ut occuparet Etruriam praescriberetur, cum omnia ornarentur, instruerentur, pararentur, ubi fuit Sulla?

8. *Cicero quaerit:* An quia non condemnavi sententia mea duo consules, sum reprehendendus?

9. *Cicero dixit*: Nihil erat latum de me; non adesse eram iussus, non citatus afueram; eram etiam tuo iudicio civis incolumis, cum domus in Palatio, villa in Tusculano, altera ad alterum consulem transferebatur, columnae marmoreae ex aedibus meis inspectante populo Romano ad socrum consulis portabantur, in fundum autem vicini consulis non instrumentum aut ornamenta villae, sed etiam arbores transferebantur, cum ipsa villa non praedae cupiditate sed odio et crudelitate funditus everteretur.

10. *Cicero dicit:* Exponam enim hodierno die omnem rationem facti et consili mei, neque huic tanto studio audiendi nec vero huic tantae multitudini, quanta mea memoria numquam ullo in iudicio fuit, deero.

11. *Cicero dicit:* Nondum quae feceris, sed quae fieri passus sis, dico. Neque vero multum interest, praesertim in consule, utrum ipse perniciosis legibus, improbis contionibus rem publicam vexet, an alios vexare patiatur.

12. *Cicero narravit:* Hic quaerebat etiam paulo ante de me quid suo mihi opus fuisset auxilio, cur non meis inimicis meis copiis restitissem.

13. *Diviciacus fecit verba*: Bellovaci omni tempore in fide atque amicitia civitatis Haeduae erant; impulsi sunt ab suis principibus, qui dicebant Haeduos a Caesare in servitutem redactos. Omnes indignitates contumeliasque perferunt, et ab Haeduis defecerunt et populo Romano bellum intulere. Qui eius consilii principes fuerant, quod intellegebant, quantam calamitatem civitati intulissent, in Britanniam profugerunt.

14. *Caesar honoris Diviciaci atque Haeduorum causa dixit*: Ego vos in fidem recipiam et conservabo.

15. *His Caesar ita respondit*: Eo mihi minus dubitationis datur (*praes. hist.*), quod eas res, quas legati Helvetii commemoraverunt, memoria teneo, atque eo gravius fero, quo minus merito populi Romani acciderunt.